



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

XVI. De ieiunio quatuor temporum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

XII. & XIII.

Luminarium census ter quotannis penditor. Sed æquissimum est, vt animæ symbolum (quam pecuniam sepulcralem nunc vocant) semper dependatur, cum sepulcrum sit effossum.

XIV.

Sepultus
extra paro-
chiam.

Et si corpus aliquod extra suam parochiam quis posuerit, soluat nihilo minus pecuniam (quod symbolum animæ dicitur) illi ecclesiæ cui corpus famulabatur viuens, & omnia quæ vel Dei sunt, vel ad ipsum pertinent, accuratius (vti par est) pacem habeant.

XV.

Dies sanctæ
Mariæ.

Apostolo-
rum.

Philippi &
Iacobi die
non ieiunandum.

Festiuitates & ieiunia debite tenentur. Festiuitatem diei solis, prout ad eandem pertinet, feruentius quisque obseruato. A mercaturis & conuentibus populi, [puta sæcularibus & forensibus] a venatione etiam & mundanis operibus, in sancta illa die sedulus abstinet. Sanctæ Mariæ summum festum omnes cautius honorant: primum ieiunio, & deinceps celebritate. Singulorum quoque apostolorum festiuitates religiose quisque celebret ieiunio, præterquam Philippi & Iacobi, quibus propter paschatis gratiam & celebritatem ieiunium non indicimus, nisi voluntarium. Cetera omnia festorum ieiunia quisque teneat diligenter ad eorum exemplar qui hæc optime obseruauerint.

XVI.

Et ieiunia quatuor temporum, (quæ *Imbren* vocant) & cetera omnia, prout sanctus Gregorius genti imposuit Anglorum, conseruantur.

CIRCA
ANVM
CHRISTI
1009.

CIRCA
ANVM
CHRISTI
1009.